



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola LXIV. Charissimo filio quem serò genui, & cito dimisi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Matth. 9.
Luc. 5.

Marci 12.
1. Cor. 13.
1. Ioan. 4.

Genes. 19.

Ad exemplum Christi recurre: qui per ciuitates, & stellas, vicos, villas euangelizando iter agebat: etiam & ad domos publicanorum, vel peccatorum, propter occasionem prædicationis, non abhorruit intrare. Spes præmij solatio fit laboris. Quid facio insipiens ego contra philosophum cum prouerbium, ligna in syluam ferens, stillicidiis flumina irrigans? Modulum meum extuli figuræ. Obsecro eius amorem, qui duo minuta viduæ donis diuitum præfererat. Charitas omnia suffert; in qua, qui manet, in Deo manet, quia DEVS charitas est.

EPISTOLA LXIV.

Charissimo filio quem serò genui, & cito dimisi.

NEc bene ab lactatus raptus est ab vberibus matris: nimis, quàm nouerca, tenera, de paterno gremio, per libidinum vortices, caro rapuit. Heu proh dolor, quid faciam, nisi plangam pereuntem? Si facilius calidis lacrymarum fomentis resuscitari possit.

Væ carni, quæ non timet sulphureos quinque vberum ignes, vel pœnæ infernalium tormentorum flamas. Surge te ipsum, obsecro, huius timoris catenis; & tenta, quomodo vel vnâ ardoris scintillam sufferre possis: & cogita, quid sit, si totum corpus æterno crucietur incendio. Respice tandem, & noli consentire ei, qui tibi talia parat incendia: sed magis castiga te ipsum; & paternis acquirere obsecrationibus: & Dei oculis te semper præsentem cognosce, & ante sanctorum angelorum aspectus.

Erubescere in conspectu illorum facere, quæ horrefactum in conspectu cuiuslibet hominis perpetrare. Scio, quod iudicium credis omnibus esse futurum: & te credis in terra

los esse, qui talia egerunt, qualia tibi quotidie diabolus suadet. Ecce heri fecisti voluntatem carnis tuæ; hodie vadis in incendium ignis æterni.

EPISTOLA LXV.

Dilecto amico salutem.

PLACVIT caniciem vestram parua salutationis chartula appellare: sed non paruo charitatis officio: vt sciatis, licet longè positum, vestri tamen habere memoriam, & familiaritatis non obliuisci, quam præsentis suauissima dilectione & consolatione nos inter habuimus, firmam semper inter nos permanere in Christo charitatem: nec quolibet vento falsiloquij destrui; sed solida firmitate inter omnes huius seculi aduersitates immobilem semper consistere. Nostri memor in orationibus tuis semper valet, frater charissime.

EPISTOLA LXVI.

Optimo Theophilo bis bini Euangelicæ veritatis discipuli, & sanctarum quadrigæ virtutum, fidelium quadriga amicorum plena charitatis naue trans alpinas aquas dirigit salutem.

ACCEPIMVS dignitatis vestræ chartam, verè, vt agnouimus, charitatis floribus depictam, ac mellifluis spiritualis iocunditatis sapore refertam. Vnde & nos discipuli sanctitatis vestræ in abundantia rorifluis nectaris, quod ex eius gremio pleniter hausimus, refecti, satiati, valde lætati sumus: agnoscentes cœlestem charitatis thesaurum vestro sufficienter recondi in pectore: & affluen-

Q

REGANJ
SII
omg omg
SIV
24